

ART. III. 334 De ASCENSIONE CHRISTI

(Pater noster qui es in cœlis) argutè colligit; si in cœlis istis, nempe superioribus Mundi partibus locus DEI esse creditur, melioris conditionis sunt aves, quarum vita DEO est vicinior. Et in Psal. 22. Si cœlum istud corporeum, quod oculis videamus, intellectius esse habitationem DFI, utique transitura est habitatio Dei, Quia cœlum & terra transibunt.

85. Deinde ascendisse credimus Christum supra omnes cœlos, adeoq; extra mundi istius creati compagem positos, quô locorum diuinata & physicas conditiones posse persingere, nemo nisi extremè & amens & impius statuerit.

85. Id quod Bucerius etiam animadvertis in suis Retractationibus, scribens: Cùm cœli ad quos Christus ascendit, sint super omnes cœlos, euidem non ausim illos definire nisi scripturæ verbis, non rationis nostræ prædicamentis. Scriptura autem illos non nisi beatitudine, maiestate, sublimitate, virtute divina definit: non locorum intercapelinibus: clareq; testatur eos in Cor hominis non ascendere.

86. Præterea ita ascendisse Christum ad cœlos novimus, ut confederit ad dextram Patris: Quæfio, uti mox ostendetur, tūm omnem localitatem, tūm quasvis leges physicas penitus excludit.

Et